SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



tuosa quedam eleuacio ad supintellectualem diuini amoris
fontem, mediantibus sursum actionis virtutibus se extendens. Vir
tutes sursum actiuas dico humilitatem, per quam fit exterioris hominis
desercio puritatem interioris hominis sursum actio, que usque ad fontem
pergens radium ibidem haurit theartici amoris, sanctas influici
ones quarum efficacia graciarum posteriora ad interiora empirei et
superlucidissimi tabernaculi se extendit. Notandum quod duobus mo
dis fit raptus. Uno modo quidem quo quis extra sensum carnis ita
rapitur ut penitus tempore raptus non senciat quidquid de carne.
vel quid in carne agatur, talis non est mortuus sed viuus, quia
adhuc anima viuificat corpus. Et hoc modo rapiuntur sancti et electi
ad suam vtilitatem et aliorum instructionem. Sicut sanctus paulus
raptus fuit in 3m celum. Hoc modo rapiuntur peccatores in visione
ut videant vel gaudium bonorum vel penas reproborum pro sua et
aliorum correctione, sicut de multis legimus. Alio modo dicitur rap
tus eleuacio mentis in deum per contemplacionem, et hic modus
omnibus perfectis amatoribus inest, et in nullis aliis nisi qui amant
deum. Et recte dicitur raptus sicut et aliis, quia et quadam vio
lencia fit, et quasi contra naturam, primo uere supernaturale est ut de
vili peccatore fiat filius dei qui spirituali gaudio repletus fe
ratur. Iste modus raptus multum desiderabilis est et amandus.
Nam et xpus semper habuit diuinam contemplacionem sed numquam corporalis
regiminis subtraccionem. Aliud est ergo amore rapi in sensu car
nis, aliud a sensu aliquam visionem et terrentem vel blandientem
intuere. Ergo meliorem estimo raptum amoris in quo homo
maxime meretur. Videre enim celestia ad premium pertinent non
ad meritum. Dicuntur enim amore rapti qui saluatoris nostri
desideriis integre et perfecte sunt mancipati, quia tales
ad cacumen contemplacionis valenter ascendunt. Illuminantur quoque sa
piencia increata et feruore lucis cuius pulchritudine rapiuntur.